Fragmentarium

cum caritate mansuete conveniat ut ab eis vulnus unde
agitur recte sanetur. aut ipse si secus egerit a accusatoribus
excommunicetur. Quod si ab eis minime voluerit corripi, tunc
primo summos adeat primates. et ipsi tempore congruo
canonice eos convocare debent. Qui si autem suis rebus
expoliati vel a propriis sedibus eiecti vel expulsati vel oppressi
vel iam inique tractati fuerint, primo erunt a canonice res
tituantur, atque omnia sibi ablata integerrime eis legibus
reddantur. quoniam prius quam hec fiant, ut in predicto con
stitutum est concilio, nec canonice convocari nec distringi
a quoquam possunt. quia nec seculi leges hec permittunt
fieri, quanto magis ecclesiastice. Similiter et a superdictis patribus
est diffinitum consonanter, ut si quis se episcoporum vel metropo
litanum vel comprovinciales vel iudices suspectos habuit
sanctam romanam interpellat sedem, cui ab ipso domino
potestas ligandi et solvendi speciali est privilegio super alios
concessa. Ipsa enim firmamentum a deo fixum et inmobile per
cepit. quam ipsa forma ... titulorum lucidissima
dominus ihesus christus ... apostolicam constituit sedem. Ipsa
est enim sacer vertex in qua omnes vertuntur, sustentantur
et revelantur. Et sicut in christo christiani et in petro id
est christo petrus. Et super fundamentum tuum ecclesie columpne
id est episcopi qui etiam sustinere et apostolicis humeris por
tare debent, ubi sit consistere. Tibique claves regni
celorum commisit atque ligare et solvere potestative que
in terra et que in celis sunt promulgavit. Tu prophanarum
heresum et impugnatorum atque omnium infestancium depo
sitor et princeps et doctor, capudque omnium ortho
doxe doctrine et inmaculate fidei existis. Igitur ne
despicias patrum tuorum pater pietatem bonique ...
Et sicut illi patres et predecessores vestri a mul
tis liberaverunt oppressionibus et angustiis ...

IMP

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 44r – Epistolae papae Felicis II
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-l4p7/3935/41389)